



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Decima causa. Dena dat, in sacra quid sumat episcopus æde. Tres
quæstiones decimæ causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

sancta Romana Ecclesia fas de omnibus habeat iudican-
di: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Si-
quidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum
est, ab illa autem nemo est appellare permissus. ¶ Sed
nec illa praterimus, quod Apostolica sedes sine ulla sy-
nodo praeedente, & solvendi, quos synodus inique da-
mnaverat, & damnandi, nulla existente synodo, quos o-
portuit, habuit facultatem: & hoc nimirum pro suo
principatu, quem beatus Petrus Apostolus Domini voce
& tenuit semper, & tenebit.

¶ Omnia, quae in hoc capite leguntur, habentur in epistola Go-
lasi ad Episcopos per Dardaniam: sed non eodem ordine compo-
sita. Caput autem sequens, in quo multa huius ipsius capitis verba
sunt, in eadem epistola eodem prorsus modo habentur. Ubi
fieri potest, ut ex alia epistola caput hoc sumptum sit, quia non exierit
Gratianus haec alia tanquam diversa capitula referat, quod a-
pud antiquiores etiam collectores distincta repperit. In epistola
etiam Nicolai ad Episcopos Galliae, quae nuper est impressa in ap-
pendice bibliotheca, haec citatur ex Gelasio.

C. XVIII. ¶ De eodem.

Idem Episcopos per Dardaniam constituitur.
Omnia per mundum novit ecclesia, quoniam quo-
rumlibet sententia ligata pontificum, sedes beati Pe-
tri & Apostolica auctoritate omnia, quae eis ablata
sunt, integerrime reddi praecipimus, si non vultis & vos,
& principes vestri a collegio nostro, & membris ecclesiae
separari.

C. XIX. ¶ De eodem.

Item Sixtus Papa secundus Hispanorum Epi-
scopis epist. 2. c. 4.
¶ Fratres, quos timore terreno iniuste damnavistis,
scitote a nobis iuste esse restitutos: quibus ex sancti
Petri & Apostolica auctoritate omnia, quae eis ablata
sunt, integerrime reddi praecipimus, si non vultis & vos,
& principes vestri a collegio nostro, & membris ecclesiae
separari.

C. XX. ¶ Cuiuslibet ecclesiae clericos Papa
volet ordinare.

Item Stephanus Episcopus Guallberto
Patriarcha.
¶ Nunc vero iterato tibi scribimus, nolentes alicui-
us ecclesiae privilegium infringere, licet Apostolica
praeogativa possimus de qualibet ecclesiae clericum
ordinare: desine jam cuiuspiam zelo Cumenensis i eccle-
siae antistitem protelare: quia si protelaveris, & eum
consecrare iam toties monitus non maturaveris, procul-
dubio ad nos veniens, consecratus abibit.

¶ Cumenensis] Sic etiam Anselmus, sed apud Avinionem ple-
nius. Desine jam cuiuspiam zelo ejectionem a clero, & expe-
ditum a populo Lintuardum Cumenensis ecclesiae antistitem
protelare.

C. XXI. ¶ De eodem.

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epistola,
cuius initium, Proposueramus.
¶ Per e principalem beatorum Apostolorum Petri &
Pauli, de qua supra partim exposuimus, potestatem,
jus habemus, non solum monachos, verum etiam quos-
libet clericos de quacunque dioecesi, cum necesse fuerit,
ad nos convocare, atque ecclesiasticis exigentibus oppor-
tunitatibus invitare.

Sed aliud est, quod ex temeritate assentitur praesumptioni:
aliud quod ex necessitate geritur charitativum. Cum suffraganeus
Archiepiscoporum, subditis suis ad malum parere ceperit, atque
causa eorum correctiones, negligenter extiterint, tunc licet me-
ropolitani prae illorum voluntatem, & legando damnare, &
reconciliandos absolvere. Cum vero Episcopi zelo divina cha-
ritatis accensi, bono verbo & exemplo adsint, & meliorum vi-
tia aspera, in oratione redarguant, absque talium consilio non li-

a Anst. 2. c. 27. Poly. l. 1. tit. 1. Burch. l. 1. c. 192. Ivo par. 1. c. 247.
b Anst. 6. c. 31. Ivo p. 1. c. 21. c. sup. 1. qui Anst. lib. 1. c. 82. &
Ivo. 14.

cet metropolitanus in eorum parochia aliquid agere, vel desine-
[nihil agat] sed cum determinatione [nisi praesumptio] a epi-
mat absque eorum consilio] ut ritum praesumptionis eadem
improbationem non officium charitativum. Sic & Apostolus, quia
rubios vidit negligentes circa correctionem fornicatorum, sua
ritate illum corripuit. Ioannes vero, quia Episcopum Episto-
rum vidit paratum ad corrigenda vitia subditorum, sine episcopi
clericali b illos corrigere noluit: sed illum tantum de eorum con-
ditione admonuit.

CAUSA X.

Videtur laicus basilicam a se factam a diacono
lege segregare querit: Episcopus ecclesiam cum
omni dote sua ad suam dispositionem pertinere con-
dit: tunc ne unquam Episcopus, & per parochiam
litibus committatur unde iter de sacris ecclesiae
tanquam sibi debita usurpare contendit.
1. Modestissima queritur, an basilica cum omni dote sua ad Ep-
scopi ordinem suam pertinet.
2. Secundo, an res ecclesiae cum Episcopi usurpare liceat.
3. Tertio, quid nimirum cathedrali a suis sacerdotibus exquiri
liceat.

QUESTIO I.

D E prima questione sic definitur in concilio
Vaticano, cap. 3.
C. I. ¶ Basilica, quae consecratur, a diacono
lege non segregatur.

S I ex laicis quisquam a se factam basilicam consecrat
desiderat, nequaquam eam sub monasterii specie
congregatio non colligitur, a diaconalena lege aucta
gregate.
1. ¶ Colligitur] In concilio impresso, ac manifeste pro-
tetur, vel regula ab Episcopo non constituitur.
C. II. ¶ Ecclesia cum dotibus suis in Episcopi
potestate consistit.

Item ex concilio Toletano 3. c. 19.

S I quisquam contra omnem auctoritatem ecclesiae
quas a edificaverint, postulant consecrare, ut dicuntur
quam eidem ecclesiae contulerint, censent ad Episcopi
ordinationem non pertinere. Quod factum taliter
praeferito corrigatur, ut & in futuro, ne fiat, prohibetur:
sed omnia secundum constitutionem antiquam, ad Ep-
scopi ordinationem, & potestatem pertinent.

¶ Taliter] Sicut in antiquioribus edictibus, & in
Vaticani conciliorum edictibus: sed in Colonensi, quod in
rum editione, & in codice Lucensi Regio, & in concilio Moguntino
& Moguntino, & in Pannormia hoc modo, quod factum, &
praeferitum displicet, & in futuro prohibetur.

C. III. ¶ Ecclesia, & omnia iura eorum ad ordi-
nationem Episcopi pertinent.

Item ex concilio secundo Cabilonensi.
¶ Decretum est, ut omnes ecclesiae cum dotibus
suis, & decimis, & omnibus suis, in Episcopi po-
testate consistant, atque ad ordinationem suam semper
pertineant.

¶ Taliter] In vulgari sequitur, iuris, quae res aucto-
ritatibus collata manuscriptis. Apud Leonem, & Burchardum
est, omnibus suis rebus.

C. IV. ¶ Unaqueque parochia Episcopi potestati
regatur.

a supra ead. per singulas. i. sup. cum firmis. b. probatur. b. in
pra. Episcopi. c. Eran Varnacensis cap. 8. & 11. & in Moguntino
sub Arnulpho, cap. 4. d. vel canonum. In Triv. ca. 6. Burchardus
l. 2. c. 20. Ivo pag. cap. 23. Pannorm. lib. 1. c. 12. c. Burch. l. 2. c. 14.
Ivo p. 3. c. 21.

Item Leo Papa quartus, in epistola ad Episcopos Britannia, c. 2.

Regenda est unaquaque parochia subprovisione ac iurisdictione Episcopi, per sacerdotes, vel ceteros clericos, quos ipse cum Dei timore provident, cui iure pertinet, et circumire, ut sibi necessarium visum fuerit, ecclesiastica utilitate cogente.

C. V. ¶ Indicio & potestate Episcopi res ecclesiastica gubernentur.

Item ex concilio Antiocheno, c. 24.

Quæcumque res ecclesie sunt, convenit cum omni diligentia, & bona fide, quæ Deo debetur, qui omnia providet, atque iudicat, gubernari & dispensari cum iudicio & potestate Episcopi, cui totius plebis animæ videntur esse commissæ.

¶ Quæcumque] Græcè significantis, τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἢ ἐκκλησιαστικῶν, ἢ ἐκκλησιαστικῶν, id est, rectè habet quæ ecclesie sunt, ipsi ecclesie servari oportere.

C. VI. ¶ Episcoporum conditores in rebus ecclesiasticis nullam potestatem se habere cognoscant.

Item ex concilio Toletano 4. c. 23.

Overint b conditores basilicarum, in rebus, quas eisdem ecclesiis conferunt, nullam se potestatem habere: sed iuxta canonum instituta, sicut ecclesiam, ita & dotem ejus ad ordinationem Episcopi pertinere.

C. VII. ¶ De eodem.

Item ex concilio Auteianensi 1. c. 17.

De his, quæ parochiis in terris, vineis, mancipiis, atque peculis quicunque fideles obtulerint, antiquorum canonum statuta servantur, ut omnia in Episcopi potestate consistant. De his tamen, quæ aliter accesserint, tertia pars fideliter Episcopi dederatur.

C. VIII. ¶ De his, quæ in altario deferuntur, medietatem sibi vindicet Episcopus.

Item ex eodem, c. 16.

Antiquos canones relegendos, priora statuta credimus renovanda: ut de his, quæ in altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem sibi Episcopus vindicet, & medietatem sibi dispensandam secundum gradus clericus accipiat, tam de propriis prædiis, quam de omni commo-ditate in Episcoporum potestate durantis.

C. IX. ¶ De Episcopis, qui diocesim suam visitate continent, & ad redimendum mansiones, quæ visitantibus debentur, clericos cogunt.

Item ex concilio Toletano.

Elata est coram sancta synodo querimonia plebium, quod sint quidam Episcopi nolentes ad prædicandum, vel ad confirmandum suas per annum parochias circumire: qui tamen exigunt ut mansiones, quibus in professione uti debeant, aliquo & pretio redimant, qui parare debebant. Quæ duplex infamia, negligentia, & avaritia, sanctæ synodo magno fuit horrore. Stauerunt itaque, ne quis ultra exerceat id cupiditatis ingenium, & ut sollicitiores sint Episcopi de suis gregibus visitandis.

¶ In libro manuscripto privilegiorum ecclesie Toletanae refertur hoc, tanquam caput 13. quarti concilii Toletani: sed in duobus ipsius exemplaribus ex Hispania missis, non habetur. Burchardus & Ivo citant ex concilio Triburienfi tempore Arnulphi Regis.

C. X. ¶ Annuis vicibus ecclesia ab Episcopo visitetur.

Item ex concilio Tarracensis, c. 8.

a 1192. præcipuus, lex Can. Apost. 41. b Poly. l. 2. tit. 22. Burch. l. 2. c. 203. Ivo p. 3. c. 215. Pamm. l. 2. c. 4. c. Poly. l. 3. tit. 11. Burch. l. 2. c. 196. Ivo p. 3. c. 202. Pamm. l. 2. c. 81. d al. Delata, Burch. l. 2. c. 219. Ivo p. 3. c. 141. e al. alio.

Decernimus, a ut antiquæ consuetudinis ordo servetur, & annuis vicibus ab Episcopo dioceses visitentur, & si qua fortè basilica fuerit reperta destituta, ordinatori i ejus reparari præcipiatur: quia tertia pars ex omnibus, per antiquam traditionem, ut accipiantur ab Episcopis, novissimè esse statutum.

¶ Ordinatori] In exemplaribus concilii impressi, & manuscripti, apud Burchardum & Ivoem legitur, ordinatione ipsius: sed ob glossam non est mutatum. Reliqua verò ex istis dem sunt emendata. Burchardus autem, & Ivo addunt præterea in extremo, in principibus novimus statutum.

¶ pars. Si autem Episcopus in validissime impeditus, dioceses suas per semetipsum visitare non poterit, visitationis officium committat alio.

C. XI. ¶ Invalentissime gravatus Episcopus, visitationis officium alio committat.

Unde in concilio Toletano quarto, c. 33. legitur.

Episcopum b per cunctas dioceses, parochiasque suas per singulos annos ire oportet, ut exquirat, quo unaquaque basilica interpretatione sui indigeat. Quod si ipse aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiverit, Presbyteros probabiles aut Diaconos mittat, qui reditus basilicarum, & reparaciones, & ministrantium vitam inquirent.

¶ pars. Visitantes autem Episcopi, quid a clericis suis exquirere debeant, & quid eos docere, in concilio Braecarenfi secundo, cap. 1 sic statutum legitur.

C. XII. ¶ Quæ visitantes Episcopi a clericis suis exquirere debeant.

Placuit r omnibus Episcopis, ut per singulas ecclesias Episcopi, & per dioceses ambulantes primum discutiunt clericos, quomodo ordinem Baptismi teneant, vel Missarum, & qualiter quæque officia in ecclesia peragant. Et, si rectè quidem invenerint, Deo gratias agant: im autem minime, docere debentignaros, & hoc modis omnibus præcipere, sicut antiqui canones jebent, ut ante viginti dies Baptismi, ad purgationem exorcismi concurrant catechumeni, in quibus viginti diebus omnino a catechumeni symbolum, quod est [Credo in Deum Patrem omnipotentem] specialiter doceantur. Postquam ergo in his suos clericos discusserint, vel docuerint Episcopi, alia die, convocata plebe ipsius ecclesie, doceant illos, ut errores fugiant idolorum, vel diversa crimina, id est, homicidium, adulterium, perjurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera, & quod nolunt sibi fieri, alteri ne faciant, & ut credant resurrectionem omnium hominum, & diem judicii, in quo unusquisque secundum opera sua recepturus sit. Et sic postea Episcopus de ecclesia illa proficiscatur ad aliam.

C. XIII. ¶ Oblationes ecclesie laici usurpare non licet.

Unde Hieronymus in epistola e ad Damasum Papam de oblationibus altaris.

¶ Quorum elemosynas, & oblationes accipiunt, qua fronte præsumunt laici oblationes, quas Christiani pro peccatis suis offerunt, vel comedere, vel aliis concedere, cum ipsi non debeant ex officio suo pro populo orare. Ob hoc, Papa gloriose, mittere oportet illos præsumptores in excommunicationem perpetuam, ut & ceteri metum habeant, & amplius hæc in ecclesia ne fiant.

¶ Debent] In vulgatis, & in epistola impressa legitur,

a Burchardus l. 3. ca. 33. Ivo p. 3. c. 36. b Burch. l. 1. cap. 87. Ivo p. 3. c. 103. c Burchardus l. 1. c. 81. Ivo p. 1. c. 75. & p. 3. cap. 191. De Conf. dist. 4. Ante viginti. d al. omnes. e Tomo 4. f Poly. l. 3. tit. 3.



iolent: sed in plerisque manuscriptis Gratiani exemplaribus, & Polycarpo, debent. Sic etiam Lupus in regula Monachorum ex Hieronymi scriptis collecta. c. de contemplatione, oratione, & lecturis; sacerdotes quoque pro omnibus orare debent, quorum elemosinas oblationesque recipiunt.

2 ¶ Ex officio suo] Hec absunt à plerisque, codicibus Gratiani, & epistola ipsa, & Polycarpo.

C. XIV. ¶ Minime auferantur à laici oblationes altaribus, vel crucibus facta.

Item Calixtus Papa secundus 1.

Sancorum a Patrum canonibus consona sancientes, Oblationes de sacratissimo & reverentissimo altari beati Petri & Salvatoris, & sancta Mariæ rotundæ, aut aliis ecclesiarum altaribus sive crucibus, à laicis auferri penitus interdiximus, & sub districtione anathematis prohibemus: & ecclesias à laicis incastellari, aut in servitutem redigi auctoritate Apostolica prohibemus.

1 ¶ Secundus] Additum hoc est ex plerisque, vetustis. Neque vero primus esse potest, cujus tempore nondum Pantheon vocabatur templum sancta Mariæ rotundæ: Bonifacius enim fuit, qui tempore Phoca Imperatoris illud beata Mariæ, & omnibus sanctis dicavit.

C. XV. ¶ Ecclesiarum oblationes sub laicorum dominio non detineantur.

Item Damasus Papa.

Hanc b consuetudinem, quæ contra sanctam ecclesiam catholicam augeri, & videtur, omnino interdiximus, ut nullo modo unquam oblationes, quæ intra sanctam ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum detineantur: sed tantummodo sacerdotibus, qui quotidie Domino servire videntur, liceat comedere & bibere: quia in veteri testamento prohibuit d. Dominus panes sanctos comedere filiis Israël, nisi tantummodo Aaron, & filii ejus: qui panes longè erant ab istis panibus, qui nunc in sancta ecclesia offeruntur: quia illi sub umbra legis erant, qui verò modo, sub gratia Spiritus sancti, tota mundo Evangelico consensante, lucidiores esse videntur. Qua fronte, aut qua conscientia oblationes vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, ne dum pro aliis, Deo preces offerre: quia pravum est, & contra Dominicum præceptum, & detrimētum animæ suæ, inferi, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione conceditur. Quia omnibus sanctis Patribus, nostrisque prioribus placuit hanc sanctionem fieri, & nos similiter in eisdem persistere volumus, ut nullus audeat irritum facere hoc, quod constitutum est, si in perpetuam damnationem noluerit persistere. Si quis verò contra hanc regulam nostram, & contra regulam sanctorum cæcæ vij. Patrum, qui in Nicæno concilio hoc constituerunt, temerarius præsumptor fuerit, & de cætero oblationes de sacris ecclesiis auferre molitus fuerit, sub anathematis vinculo sit colligatus, & condemnatus. Responderunt omnes, fiat, fiat.

Præmissi auctoritatibus, ecclesia omnibus rebus suis ad Episcopi ordinationem pertinere monstrantur, & tam ecclesia, quam oblationes, & facultates earum, à laicorum dispositione probantur esse immunes.

QVÆSTIO II.

1 S Ed cum in Episcoporum potestate facultates ecclesie constituta esse dicantur, potestas dispensandi intelligenda est, non distrahendi, vel dilapidandi.

C. I. ¶ Res ecclesie aliquo modo Episcopi alienare non licet.

Unde in Agathensi concilio. c. 7.

legitur.

Casellas vel mancipiola ecclesie, Episcopi (sicut præfata canon præcipit auctoritas), vel vasa mi-

a Poly. l. 3. tit. 9. b Poly. ibid. c al. rogere. d 1. Reg. 21.

nisterii, quasi commendata fidei præposito, integro ecclesie jure possideant, id est, neque vendere, neque per quoscunque contractus res, unde pauperes vivunt, alienare præsumant 1.

1 ¶ Præsumant] In aliquo melioribus Gratiani codicibus post hoc verbum sequitur 5. quod si necessitas, usque in finem (qui nunc habetur infra ead. ad finem Palæ hujusmodi) & si legit, quæ casum scripsit.

Codicis lib. 1. titulo de sacrosanctis ecclesiis, lege, [sanctum tenent.] Imp. Justinianus: [excepta videl. causa captivitat.]

C. II. ¶ De eodem.

Imp. Leo & Anthemius. A. A.

Ea a enim, quæ ad beatissimæ ecclesie jura pertinent, vel posthac fortè pervenerint, tanquam ipsam sacrosanctam, & religiosam ecclesiam, intacta convenit venerabiliter custodiri.

Constitutio nova.

Hoc b jus porrectum est: ad omnem venerabilem locum, omneque collegium, quod actio pia confirmat, ut nec res eorum pignorentur. Et hoc perpetuo servetur in his rebus immobilibus, quæ ab Imperiali domo predictis locis applicantur. In cæteris eatenus excipiunt, si debitum urget: ¶ Præterea e, si habeat superflua vasa, cum debitis sit, nec aliunde solvere valet, ne quid immobile alienetur; vel distrahatur, ea gestis habitis coram eo, cujus est loci ordinatio, integra, vel aliis locis venerabilibus oblata dentur, vel constata caputbet ali vendantur. Qui autem hac accepit contra d. hanc observationem, iisdem pœnis subiaceat, quæ e in rebus immobilibus prodita sunt: si autem debitum ex mobilibus solvi non valet, primò res immobiles specialiter dentur pignori, quarum fructus creditor sibi reputet in sortem, quam in usuras, usque ad quartam centesimam. Quod si nolit creditor ita accipere, tunc ordinator domus apud eum, à quo ordinatur, habitis absque dispendio gestis, perret, (majore parte ibidem servitium consentiente) & debitum urgere si nec ex mobilibus solvi possit. Quo subsecuto, per viginti dies rem ecclesie venalem esse publicè notum sit, ut plus offerenti detur, pretio modis omnibus pro debito dando. Aliter enim res emptori non conceditur, & hoc infirmitur, nihil esse factum in ea res ad damnum divinæ domus. Emptore verò non invento, res æstimata districte creditor detur in solum, addita in pretio univèrsæ æstimationis decima parte, & antecedente consensu ordinatores & majoris partis ibidem servitium. Sit tamen ea res mediocri inter cæteras, inspecta ipsius qualitate, & quantitate, & onere. ¶ Item b prædium propter onus fiscale inutile alienatur, gestis, ut supra, consensu, eodem juramento præfatio: id est, quod alia de causa non alienatur, nisi, ut immunitas ejusdem venerandæ domus servetur. ¶ Sed & i permutare. Principi licet pro majore, meliore, vel æquali, si resp. hoc exposcit, & pragmatica forma super hoc præcedente. ¶ Item sibi invicem rectè permittant cum utriusque indemnitate, eorum scilicet consensu interveniente, qui supra referuntur. 2 pars. ¶ Perpetua.

a tit. 1. l. 17. in 2. l. jubemus. ver. sciente. b ex tit. anthey. hoc jus Iulianus ante. constit. 7. c. 1. c. anthem. præterea. C. eo. 111. Iulianus constit. 100. 5. fin. d. al. extra. e. anthem. hoc jus. supra. citat. f. al. existere. g. Auth. sequenti. h. 1. rem prædium. Auth. sed & permutare. Bur. l. 3. c. 107. l. 107. 2. ca. 10. i. Auth. sequenti. Iul. no. vell. 4. l. 107. part. 3. cap. 107. k. Auth. perpetua. quoque



quoque emphyteusis in his permittitur rebus, si res in eorum geratur presentia, quibus hoc assignatur lege, iustantibus his quorum interest, ex eo contractu nihil ad lesionem divina domus effici: soluto redditu ipsius rei, qui fuit cum divino iuri dedicaretur, non minuendo, nisi in sextam partem: aut si ob eladem deminuta fuerit, tunc pro constante nunc pensione in emphyteusim detur. Quod si res pretiosa quidem est, parum tamen, aut nihil prædat pensionem, res stabiliter æstimanda est, ut ex hac pensio iusta constituatur. Ea tamen sola detur in emphyteusim, quæ ad hoc congrua videntur æconomis, & aliis gubernationibus. ¶ Qui æ rem huiusmodi conductam, vel in emphyteusim acceptam fecerit deteriorem, aut emphyteusim canonem per biennium non solverit, hæc lege repellitur, ut tamen solvat totius temporis pensionem, & idam quo rem læsit, restituat, non repetiturus, si quod impendit nomine meliorationis. ¶ Si b quas vero nuncias habent memorata divinæ domus, quas reedificare non valent, hæc in emphyteusim detur perpetuam, emphyteuta usuro materia habitationis depositæ domus, ut pensio deminuat in tertiam partem ab ea, quæ stantibus adhuc ædificiis colligebatur, aut prius eo reedificante, ex additis illis per æstimationem, pensionibus, medietas detur religiose domui. Nam priore casu, ab initio emphyteusis præstanda est pensio. ¶ Qui c vero res jam diutius non gratuito alienationis titulo circa fornam legis accepit, rem quidem cum omni incrementum mediæ temporis restituat: ejus autem quod dedit, nullam actionem contra venerabilem locum, sed adversus eum, qui alienavit, habet. Donatarius autem & rem cum omni causa, & fructum restituat, & aliud tantundem. Creditor quoque restituta re pignoratæ, crediti actionem contra solum pignoris datorem habet. Emphyteusis acceptor, & ab ea cadat, nec, quod dedit, repetat: imò statim solvat, quod soluturus esset unquoque anno, si iure contraxisset. ¶ Sed melius dicitur, omnino denegandas esse actiones huiusmodi acceptori. Imp. Leo. ¶ Si æconomus d ecclesie prospexerit expedire, ut desiderant cuicumque certarum possessionum atque prædiorum (urbanorum scilicet, sive rusticorum) ad jus ecclesiasticum pertinentium, temporalis usufructus possessio pro ipsius petitione præstetur, tunc ejus temporis, quod inter utroque convenit, sive in diem vitæ suæ ab eo, qui desiderat, postuletur, pacta cum eo, qui hoc elegerit, inæconomus, atque contribuat, per quæ & tempus, intra quod hoc præstari placuerit, statuatur, & manifestum sit, quod quisque acceperit ad invicem.

C. III. PALEA.

Huiusmodi & beneficii gratia, præstando quidem ecclesiastici prædii pro tempore, usufructum, post statutum autem tempus, & placitum j ipsorum reddituum proprietate ad dominium & jus ecclesiasticum recurrente firmetur: ita scilicet, ut sive completo spatio, quod fuerit inter eos constitutum, seu mortis suæ tempore (si hoc quoque convenit) is, qui possessionem ecclesiasticam, & certorum reddituum usufructum habendi gratia interveniente pacto suscepit, non minus, quam alterius tantæ quantitatis, quantam acceperat, redditus cum ipsorum prædiorum dominio, & rebus immobilibus, eorumque colonis, & mancipiis ecclesiæ derelinquat: Nisi enim hac conditione pacta inita fuerint, ea quoque decernimus non valere. ¶ Nam i hæc g usus præstatio locum habet in omni domo re-

a Authen. qui rem eod. tit. b Authen. si quis. c Authen. qui rem. l. p. p. c. 18. d eod. tit. de subemus. 4. s. omnis. e l. idem continens. f al. placitum temporum proprietate. g Authen. hæc usus eod. tit.

ligiosa. Quo finito, res utraque pleno jure perveniat in domum jam dictam, nec tributis quidem gravata majoribus sit ea res, quæ datur invicem, & ejusdem redditus sit. ¶ Quibuscumque a modis hoc jus aliis permittitur, interdicitur certis personis res huiusmodi accipere, ut æconomis ejusque cognatis. Quod si necessitas compulerit, ut pro ecclesia necessitate, aut utilitate, vel in usufructu, vel in directa venditione aliquid distrahat, apud duos, vel tres comprovindales, vel vicinos Episcopos causa, qua necesse sit vendi, primitus comprobetur, ut habita discussione sacerdotali, eorum subscriptione b, quæ facta fuerit venditio, vel transactio, corroboretur. Aliter facta venditio, vel transactio non valet. ¶ Infr. ¶ Minus verò utiles possessiones peregrinis, vel clericis, salvo jure ecclesie, in usum præstari permittimus.

¶ In aliquot vetustis exemplaribus, in quibus pauca sunt palca, continetur post ultima verba superioris capituli sequuntur sine ulla destinatione verba hujus, quæmodum & in ipsa lege codicis. In duobus autem vetustis scriptis, in quibus sere nulla sunt palca, deest prior pars hujus capituli, usq. ad vers. completo spatio. contra vero leguntur conjuncte cum superioribus, usq. ad vers. quod si necessitas. Nam hic versiculus, in iisdem exemplaribus, non hæt, sed supra ead. ca. cancellas, habetur, ut ibi est notatum.

¶ Nam] Hæc vox non est in authentica, & in vetustis Gratiani codicibus pro ista voce est, N. C. & significans, novella constitutio.

C. IV. ¶ Ecclesiasticarum rerum precaria qualiter fieri debeant.

Item ex concilio Mediomatricis c.

Precaria d à nemine de rebus ecclesiasticis fieri præsumantur: nisi quantum de qualitate convenienti datur ex proprio, duplum accipiatur ex rebus ecclesie, in suo tantum, qui dederit, nomine, si res proprias & ecclesiasticas usufructuario tenere voluerit. Si autem res proprias ad præsens dimiserit, ex rebus ecclesiasticis triplum fructuario usu in suo tantum quis e nomine sumat: quia sic eas quemque tractare oportet, ut rerum ecclesiasticarum dispensatorem, non ut propriarum largitorem s. ¶ Decrevit f etiam sancta synodus, & Imperialis auctoritas denuntiavit, ut à nulla potestate quis cogatur facere precariam de rebus propriæ Deo & sanctis ejus dicatis, cum ratio & usus obtineat neminem, cui g non vult, contra utilitatem & rationem cogi 2, de proprio facere beneficium. ¶ Nec h communicationes rerum, vel mancipiorum ecclesiasticorum quolibet persona sine licentia & consensu regio s facere præsumat.

¶ Citatur hic canon ex concilio Mediomatricis: à Burcharde autem, & Ivone ex concilio Belluacensi, præter ultimum versiculum, Nec commutationes, quem citant ex Mansensi. In concilio etiam Meldensi, c. 22, refertur ex eodem concilio Belluacensi. Extat in capitularibus editis anno quarto regni Caroli Regis, & Ludovici Imperatoris filii in valla Colonia, c. 37, non est autem mutatus titulus, quia potius idem in omnibus illis conciliis repeti: quod in Germanico & Gallico, quæ extant, sæpe factum cognoscitur. Aliquid etiam de precariis habetur in concilio Rhemensi, cap. 36, & 37, & in concilio Moguntino sub Arnulpho, cap. 20.

¶ Largitorem] In concilio Meldensi, & capitularibus post hoc verbum sequitur continenter, & à nulla potestate quis cogatur, &c. sine verbis illis hic interjectis, quorum ca-

a Authen. quibuscumque, in conc. Agathensi, cap. 7. b al. proscriptione. c In concilio Meldensi, cap. 22, in adjectis capitulis, cap. 37. d Poly. l. 3. tit. 14. Burch. l. 3. cap. 167. l. v. part. 3. cap. 22. e al. quisquis. f Burch. l. 3. c. 169. l. v. p. 3. c. 220. g al. quis. h Burch. l. 3. c. 172. l. v. p. 3. c. 153. i religione.] Ivon.



men similia afferuntur a Burchardo & Ivone ad vers. Nec computationes.

2 ¶ Cogi] Sic in omnibus vetustis codicibus Gratiani, & ad est glossa: sed in concilio Meldensi, & Capitulari, & apud Burchardum, & Ivonem est, praefatum.

C. V. ¶ De eodem. P. A. L. E. A. Item ex concilio Belluacensi a.

II Precariis de quinquennio in quinquennium secundum antiquam consuetudinem & auctoritatem renoventur.

C. VI. ¶ De eodem. P. A. L. E. A. [Item ex concilio Carthaginiensi 1.]

D E b precariis, quae a rectoribus ecclesiarum irrationabiliter fiebant, & se, suosque successores poena gravi obligabant ut facta ipsorum nequiuissent dissolvere, praecipimus, ut nemo successor in antecessoris sui poena sit obligatus: sed suae providentiae sit concessum, ut si antecessor eius res ecclesiae irrationabiliter distribuit, ab eo ad jus ecclesiae ejusdem revocentur.

1 ¶ Carthaginiensi] Etiam in decretalibus, sit. de precariis, extatur ex concilio Carthaginiensi: sed in nullo ipsorum est inventum: potius assis alieius illarum provincialium concilii: extat autem in legibus Longobardicus, lib. 3. tit. 3. l. 2.

C. VII. ¶ Res ecclesiae distensandi potestatem habeat Episcopus. Item ex concilio Martini Papae, c. 16.

3 Episcopus c habeat potestatem in rebus ecclesiae, ut dispenset necessitatem habentibus cum omni reverentia, & timore Dei. Participare etiam cum oportet, quae necessaria sunt. Si tamen ipse, aut qui cum eo sunt fratres indigerint aliquo, ut necessitatem nullo modo patiantur, secundum sanctum Apostolum dicentem d [Videli, & tegumento, his contenti sumus.] Si autem res ecclesiasticae Episcopus in suas voluntates usurpare voluerit, & loca ecclesiae, & fructus agrorum non cum Presbyterorum, vel Diaconorum consilio contaminaverit, aut fratribus, vel filiis, vel quibuscunque propinquis suis dederit potestatem, ut per eos latenter laedantur res ecclesiae, tunc oportet obnoxium esse concilio: si autem Episcopus, vel qui cum eo sunt, Presbyteri, aut Diaconi accensentur, quia ea, quae vel ex re, vel ex quolibet actu ecclesiae veniunt, in sinus suos colligunt, & pauperes fraudant, & fame conficiunt, hos corripi oportet, secundum quod ordinatum fuerit a sancto concilio.

1 ¶ Sin autem] In capitulo habetur, similiter: sed melior videtur lectio duorum veteriorum Gratiani codicum, sin aliter: proprius enim accedit ad gravam concilii Antiocheni, ca. 25. unde hoc sumptum est: et si q. ad d. 25, ut est, si autem & aliter, ut infra 12. q. 2. c. Episcopus.

2 ¶ Actu] Hac vox in simili re habetur infra, 22. q. 2. Vulturana. Vulturana ecclesiae actus, vel patrimonium, graeco est, η μνησιν, & quatuor s. condonatus s. u. x. u. s. id est, vel etiam ex qualibet alia causa & occasione ecclesiastica.

4 pars. Si vero contra hanc prohibitionem aliquam f de rebus ecclesiae Episcopus vendere contigerit, & res ipsa ecclesiae restauranda: & ipse gradu suo deiciendus decernitur.

C. VIII. ¶ De Episcopo, qui nulla necessitate res ecclesiae vendit.

Unde in eodem concilio Martini Papae, c. 14. legitur.

S I quis Episcopus nulla ecclesiastica rationis necessitate compulsus, in clero l suo, aut ubi forte

a In Meldensi, c. 22. in fi. ext. de precariis, c. 1. Burch. l. 3. cap. 169. Ivo p. 3. cap. 230. ext. de precariis. b In c. Martini Bracarensi ex conc. Antiocheni, c. 25. c 12. quest. 1. Episcopus ecclesiasticarum. d 1. Tim. 6. e ita minaxerit.] codex regius. f al. aliqua. In eodem capit. g Burchardi, c. 25. & l. 3. c. 161. Ivo p. 3. c. 172. & 292. & p. 3. c. 329.

non est Presbyter, de rebus ecclesiasticis aliquid praesumpserit vendere, & res ipsae ecclesiae propriae restaurandae cogatur, & in concilio Episcoporum deiciatur, & 2. convictus, & tanquam furti, aut latrocinii reus suo privetur honore.

1 ¶ In clero suo] In codice Lucensi regio legitur, in clero.

2 ¶ Et convictus] Haec duo voces non sunt in capitulo Martini, neq. apud Burchardum, neq. apud Ivonem parte tertia. Pars autem quinta abest praeterea, vox, auditus: vetusta tamem ambo Gratiani codicibus convenit cum vulgati.

Q. V. A. E. S. T. I. O. I. I. I.

Q Vid. vero. omne cathedralis Episcopus exegere debeat, in secundo concilio Bracarensi, capitulo secundo legitur.

C. I. ¶ Prater honorem cathedralis nihil Episcopus per dioeceses exigat.

P Lacuit, ut nullus Episcoporum per suas dioeceses ambulans, praeter honorem cathedrae suae, id est, duos solidos, aliud aliquid per ecclesias tollat: neque tertiam partem ex quacunque oblatione populi in ecclesiis parochialibus requirat: sed illa tertia pars pro luminibus ecclesiae, vel reparatione servetur, & singulis annis Episcopo inde ratio fiat. Nam si tertiam partem illam Episcopus tollat, lumen, & facta tecta abstulit ecclesiae. Similiter & parochiales clerici servili more in aliquibus operibus Episcopo a servire non cogantur: quia scriptum est [Neque ut dominantes in clero.]

C. II. ¶ Basilicarum reparationi proficiat tertio, quam Episcopus accipere consueverat.

Item ex concilio Emeritensi, c. 18.

P Riscis quidem c canonibus erat decretum, ut Episcopus de parochianis d ecclesiis tertiam consequeretur, cui sua plenissime sufficere possunt: Placuit huic sancto concilio, ut nullus provinciae Lusitanae Episcopus sententiae hujus terminum excedat, nec a qualibet parochiana ecclesia tertiam auferte praesumat: sed quae 2. inde consequi poterat, totum in reparatione basilicarum proficiat.

¶ Caput hoc in ediculis Gratiani etiam manuscriptis corruptis citabatur ex concilio Merob. Est autem in Emeritensi, c. 18. concilii duo exemplaria ad S. D. N. Gregorium XIII. missa sunt. Propter concilia, & caput meminit Innocentius tertius in epistola Romae impressa, lib. 2. epistola Petro Compostellano scripta, his verbis: Emeritense vero concilium authenticum esse multis rationibus astruebas, tum quia cum aliis conciliis continetur in libro, qui corpus canonum appellatur, quem Alexander Papa per interlocutorem authenticum comprobavit, tum quia de ipso concilio sumptum est caput. [Priscis quidem canonibus.] quod continetur in corpore Decretorum.

1 ¶ Sufficere possunt] Sublata est negatio, qua erat in vulgato, quoniam & ab utroque exemplari concilia, & concilio Gratiani codicibus abest: & hoc modo magis convenit cum ratione legu.

2 ¶ Sed quae exinde] In exemplaribus concilii legitur. Sed quaeque exinde consequi poterat, totum in reparatione ipsarum basilicarum proficiat.

C. III. ¶ Non accipiant Episcopi tertiam partem, nisi dirutas ecclesiae reparare voluerint.

Item ex concilio Toletano 16. c. 4.

V Nio nostra congregationis f decernit, atque instituit, ut tertias, quas antiqui canones de parochiis suis habendas Episcopi censuerunt, si eas exigendas crediderint, ab ipsis Episcopis dirutas ecclesiae reparandae

a al. Episcopi. b 1. Per. c al. quippe. d al. parochianis. e sequeretur. Jorg. f al. auctoritate. tit. 104.

1 ¶ Gallia] In concilio impressu & aliquot Gratiani exem- plaribus legitur, Gallicia. In alio autem, & emendatoribus, at- que in codice conciliorum Lucensi regio habetur, Galliciana: provin- cia. Nam eo tempore Archiepiscopus Narbonensis, & eius provincia Episcopi ad synodo Tolentana conveniebant, quod ex subscriptionibus Tolentani terri apparet. In eo enim Nigetius Nar- bonensis metropolitanus, Sergius Episcopus Carcassensis, & Ne- bridius Episcopus Agathensis, & procuratores Magalonsis & Ne- mausensis Episcoporum subscribunt. Eiusdem quoque metropolita- ni, & ipsius provincia Episcoporum subscriptiones in quarto & sexto Tolentani concilio impressu leguntur, & illa, que in manuscriptis habentur, omittuntur.

2 ¶ Quinquagenarium] In variis editionibus huius concilii legitur, quinquarium. Verum in codice Lucensi regio, una Va- ticana, & altera Bibliotheca Dominicana manuscripti, & vetustissimi exemplaribus Gratiani, & Burchardi, & Ivone est, quinquage- narium. Et hanc lectionem fecerat est Innocentius III. in concilio Lateranensi, cum Apostolus, extra, de cons. & exalt.

C. IX. ¶ Sacerdotes ab Episcopis suis ultra mo- dum non graventur.

Item Gregorius Episcopus Sicilia, lib. 11. cap. 20.

Relatum est nobis sancta memoria decessoris mei temporibus per servum Dei Diaconum, qui tunc ecclesiasticum patrimonium curam gessit, fuisse dispositum, ut sacerdotes per universas vestras dioceses constituti, quoties ad signandos infantes egredimini, ultra modum gravari minimè debuissent. Summa enim præfixa færat, vobis, ut audio, consentientibus, quæ ab eisdem sacerdotibus pro labore clericorum dari debuisset. Atque hoc quod tunc placuit, sicut nunc dicitur, minimè custoditur. Unde fraternitatem vestram admono, ut subjectis vestris non graves studeatis existere.

C. X. ¶ Secundum loci medietatem Episcopi convivia parentur.

Item Pelagus Cresconus Illustris.

Illud a magnitudinem tuam minimè volumus agnora- re, quod Syracusanæ civitatis Episcopus, inter alia, que in cautionem suarum pagina spondidit, hoc etiam specialiter sub interpositione pœne legitime promississe legi- tur, nunquam se a quolibet suæ diocesis Presbytero ultra duos solidos cathedraticum nomine petiturum, nec per quamlibet aliam occasionem quidquam in eius se dispen- dio esse gesturum. Quod magnitudo tua, non solum à prædicto Episcopo, sed de omnium Episcoporum Sicilia personis competenti sollicitudine custodire non desinat, nec ipsa quoque prædicia enormia fieri, sed secundum medietatem uniuscujusque loci Episcopo ad confi- gurationem venientis susceptionis preparari conviviium: quia nec eo prætextu pauperibus incuti damna volumus, aut qualibet ratione permitimus.

CAUSA XI.

Lericus adversus clericum quæstionem de præditi ac- citatus, quem ad civilem iudicem producere vo- lebat: reus non nisi ante iudicem ecclesiasticum stare volebat: alter vero potentia civilis iudicis illum à possessione sua deiecit. Quo audito, Episcopus eum ab officio suspendit: ille contempna Episcopi sententia, officium suum administravit. Hoc comperto Episcopus sine se restitutionis in e- um sententiam dedit.

- 1. Hic primum quaeritur, utrum clericus ante civilem iudicem sit producendus.
2. Secundo, si producendus non est, an hac culpa sit digna suspen- sione.
3. Tertio, si digna non fuerit, an contempore sententia sui Episco- pi irreparabiliter oporteat deponi.

¶ Ans. l. 6. c. 171. Poly. l. 4. tit. 21.

QVÆSTIO I.
Vod clericus apud facularem iudicem accusandus non sit.
Cajus Papa epistola ad Felicem Episcopum, ea sententia scribit, dicens.

C. I. ¶ Apud facularem iudicem nullus cle- ricus conveniatur.

Nemo unquam Episcopum apud iudicem facularem aut alios a clericis accusare præsumat.

C. II. PALEA.

¶ Nullus b' iudicium, neque Presbyterum, neque Dia- conum, aut clericum ullum, aut juniores e eccle- sia sine licentia d' pontificis per se distringat, aut conde- mnare præsumat. Quod si fecerit, ab ecclesia cui imp- riam irrogare dignoscitur, tamdiu sit sequestratus, quod- que reatum suum agnoscat, & emendet.

¶ Apud Burchardum, & in aliquot Gratiani codicibus extra, que hanc paleam habent, & in Decretalibus, tit. de foro competen- ti, c. 2. citatur ex concilio Parisiensi c. 10. Verum in concilio Blomen- si Troleiano, c. 6. refertur ex capitularibus, in quibus habetur, sic ut est, lib. 6. c. 154. & lib. 7. c. 139. Simile quid legitur in concilio Amp- lianensi 4. c. 20. & Antistipudorensi, c. 43.

C. III. ¶ De eodem.
Item Marcellinus c' Papa, epist. 2.

¶ Clericum i' cujuslibet f' ordinis absque pontifici sui permisso nullus præsumat ad facularem & iudicem attrahere: nec laico b' quemlibet clericum licet accusare.

¶ Clericum] In epistola Marcellini secunda, & concilio Aurelianensi 3. ubi hoc repetitur, & in Patrum omnia sic legitur, Cle- ricus cujuslibet ordinis absque pontificis sui permisso nul- lum præsumat, & c. Verum ob glossas, & citationes doctorum aliter est mutatum.

C. IV. ¶ Ab eis quibus iudicandus est, qui sui iudices elegerit.

Item ex Nicæno concilio.

Iudices i' autem alii esse non debent, quam quos ipsi i' qui impetitur, elegerit, aut quos suo cum consensu sac- sancta sedes, aut eius primates auctoritate huius sacre sedis delegaverint.

¶ In concilio Nicæno hodie canon hic non habetur: sed supple- tum plures canones illius concilii supra distincti, 6. cap. septuaginta, est adnotatum. Quorum partem refert Iulius in referre concilio orientales, ubi numero 30. habetur hoc capit: & ex eo citatur in Theophrasto.

C. V. ¶ Ad facularia iudicia nullus cleri- cus est pertrahendus.

Item Valentinianus, Theodosius, & Arcadius Imper. A. A. A.

Continua k lege sancimus, ut nullus Episcoporum, vel- eorum, qui ecclesie necessitatibus serviunt, ad iudicia sine ordinario, five extraordinario iudicium pete- trahatur: Habent illi suos iudices, nec quidquam his publicis est commune cum legibus. Item ¶ Constans- tinus I Imperator præfidentibus i' in sancta synodo, qua apud Nicæam congregata erat, cum querelam quorundam conspiceret coram se delatam, ait. Vos à nemine dispa- dicari potestis: quia ad Dei solius iudicium referamini.

¶ Prafidens] Quam humiliter ibi se offerit Confessionem docent Eusebius 2. lib. de vita ipsius, cap. 10. Socrates, lib. 1. cap. 2. Theodoretus l. 1. c. 7.

- a. atretiqua: b. Extra de foro compet. c. 2. Cap. lib. 6. c. 104. & l. 7. c. 139. Burch. l. 16. cap. 22. c. al. minimè. d. al. firmiter. al. permisso. e. Et in concilio Aurelian. s. cap. 31. f. Ans. l. 6. c. 22. Pann. l. 4. c. 31. g. al. faculare iudicium. h. 297. Luca. i. Poly. l. 3. tit. 4. Pann. l. 4. c. 19. k. In eod. Theod. l. 6. tit. de epist. aud. c. ult. Ans. l. 3. c. 109. Poly. lib. 1. tit. 19. l. 12. g. 1. f. a. m. & 11. q. 1. sacerdotibus. Hist. eccles. l. 1. c. 2. Rufinus multum.

